

SPECIMEN CERTIFICAZIONE LINGUA LATINA LIVELLO A 2018
USR Emilia Romagna-CUSL

DE ALEXANDRI FORTUNA IN PERICULIS

Summarium

Alexander, Macedonum rex, audacia et dissimulatione periculi hostes vicit

1 Alexander inhibito suorum impetu ad Lycum amnem pervenerat, ubi ingens multitudo **fugientium**
2 oneraverat pontem. Plerique, cum hostis urgeret, in flumen se praecipitaverant gravesque armis et
3 proelio ac fuga defatigati **gurgitibus hauriebantur**. lamque non pons modo fugientes, sed ne amnis
4 quidem capiebat inprovide cumulantes. Ubi intravit animos pavor, id solum metuunt, quod primum
5 formidare cooperunt. Alexander instantibus suis ne inpune abeuntem hostem intermitteret sequi,
6 **hebetia** esse tela et manus fatigatas tantoque cursu corpora exhausta et noctem imminentem causatus
7 est. Re vera, sollicitus de laevo cornu, **quod** adhuc in acie stare credebat, reverti ad **ferendam opem**
8 suis statuit. Iamque signa converterat, cum equites a Parmenione missi victoriam etiam in illa parte
9 nuntiant. Sed eo die maximum periculum adiit, dum copias reducit in castra. Pauci eum et inconpositi
10 sequebantur ovantes victoria, quia omnes hostes aut in fugam effusos aut in acie cecidisse credebant:
11 cum repente ex adverso apparuit agmen equitum, qui primo inhibuere cursum, deinde Macedonum
12 **paucitate conspecta** turmas contra **eos** concitaverunt. Ante signa rex ibat dissimulato
13 magis periculo quam spreto. Nec defuit ei in dubiis rebus felicitas.

Lycum

Assyriae flumen quod influit in Tigrim

oneravērat

onus imposuerat

gurgitibus hauriebantur

undis submergebantur

improvide

sine consilio

formidare

timēre

hebetia (da hebes hebetis)

obtusus

causatus est (da causor, -aris, -atus sum, -ari)

dixit

opem (da ops, opis)

auxilium

ovantes

exsultantes

spreto (da sperno, -is, sprevi, spretum, -ere)

contempto

pavor

timor

1. SI PROPONE UNA PARAFRASI DEL BRANO: SI COMPLETI INSERENDO AL POSTO GIUSTO 8 PAROLE SCELTE FRA QUELLE MANCANTI (si indichi il numero nello spazio bianco):

Alexander, cum milites sui impetum in hostes facere vellent, eos retinuit et ad Lycum flumen pervenit. Ibi multi hostes qui _____ pontem transibant, ab Alexandri militibus pressi, in flumen se praecipitaverunt et, magno timore capti et fuga fatigati, plerique _____ in fluctus, _____ submersi sunt. Cum Macedones fugam hostium impedire cuperent, Alexander eis dissuasit, dicens se iam diu _____ et noctem proximam esse. Rex enim timebat ne sui in laeva exercitus adhuc pugnarent; ideo putavit _____ auxilium ferre oportere. Postquam _____ converterat ut suis succurreret, Parmenionis equites illius quoque partis victoriam nuntiaverunt. Cum ad castra exercitum _____, rex in magnum periculum incidit. Nam subito in hostium agmen incurrit, quod itineri obstabat; hostes, ut regem cum paucis militibus viderunt (nam maxima pars Macedonum longe sequebatur) in eum impetum fecerunt. At rex periculum _____ eique fortuna subvenit.

- | | | | |
|--------------|-----------------|-------------------|----------------|
| 1. partium | 5. dissimulavit | 9. fugientes | 13. se |
| 2. reduceret | 6. captis | 10. secuti essent | 14. magnum |
| 3. illius | 7. ut | 11. signa | 15. ceciderunt |
| 4. ad | 8. contempto | 12. pugnavisse | 16. quibus |

2. Si leggano le seguenti affermazioni riferite al testo e si barri la risposta esatta: vero o falso

1. Alexandri impetus a suis inhibitus est	VERO	FALSO
2. Alexander induxit hostes ut se in flumen praecipitarent	VERO	FALSO
3. Milites, armis onerati, in flumine hausti sunt	VERO	FALSO
4. Hostes partim ponte facile amnem transierunt	VERO	FALSO
5. Alexander noluit abeuntem hostem persequi maluitque laevo cornu opem ferre	VERO	FALSO
6. Alexander sollicitus est de pugnae exitu laevi cornus	VERO	FALSO
7. Alexander copias sine ullo periculo in castra reduxit	VERO	FALSO
8. Secunda fortuna Alexandro adfuit	VERO	FALSO

3. Si scelga la risposta esatta fra quelle proposte:

- 1.** Quis est Alexander?
 - a) Unus ex equitibus a Parmenione missi
 - b) Dux ingentis multitudinis fugientium, quae pontem oneravit
 - c) Macedonum rex
 - d) Dux agminis equitum, qui turmas in obvios Macedones concitaverunt

- 2.** Cum hostis urgeret, quid fecit multitudo fugientium?
 - a) Constitit ad pugnam paratam
 - b) Pontem oneravit et in flumen se praecipitavit
 - c) Per agros fugae se dedit
 - d) Impavide et callide hostes elusit

- 3.** Cur plerique in flumen se praecipitaverant?
 - a) Quod fuga defatigati erant

- b) Quod hostis urgebat
c) Quod magno pondere pontem oneraverant
d) Quod gurgitibus hauriebantur
- 4.** Cur Alexander noluit abeuntem hostem sequi?
- a) Quia tela hebetia erant, manus fatigatae, corpora exhausta et nox imminebat
b) Quia reverti ad suos statuerat
c) Quia adhuc laevum cornu in acie stabat
d) Quia intermiserat hostem sequi
- 5.** Quid statuit Alexander, de laevo cornu sollicitus?
- a) Ut Lycum amnem ponte transiret
b) Ne abeuntem hostem intermitteret sequi
c) Ut reverteretur ad ferendam opem suis et signa converteret
d) Ut pugnam in posterum diem differret
- 6.** Cur Alexander statuit se suis auxilium ferre?
- a) Quod Macedones fugam hostium impedire cupiebant
b) Quod sollicitus erat de laevo cornu
c) Quod hostes plurimi erant
d) Quod periculum spernebat
- 7.** Quid Alexandro nuntiatum est?
- a) Equites Parmenionis victos esse
b) Macedones etiam in laevo cornu viciesse
c) Hostes imminere
d) Magnum periculum urgere
- 8.** Quid evenit dum Alexander copias reducit in castra?
- a) Nullum periculum adiit
b) Omnes hostes aut in fugam effusi sunt aut in acie ceciderunt
c) Pauci et incompositi milites sequebantur
d) Repente apparuit hostium equitatus

4. Scegli la risposta esatta tra quelle proposte

r.1 fugientium è:

- a) gerundivo accusativo singolare
b) gerundivo genitivo plurale
c) participio presente genitivo plurale
d) participio perfetto accusativo singolare

r.3 gurgitibus è:

- a) ablativo di modo
b) ablativo di causa efficiente
c) dativo plurale
d) accusativo di mezzo

r.7 quod è:

- a) pronomo relativo accusativo neutro singolare

- b) pronomo relativo nominativo neutro singolare
- c) congiunzione causale
- d) aggettivo interrogativo nominativo neutro singolare

r.6 hebetia è:

- a) nominativo femminile singolare
- b) accusativo neutro plurale
- c) nominativo neutro plurale
- d) ablativo femminile singolare

rr.6-7 causatus est è:

- a) participio congiunto
- b) ablativo assoluto
- c) perfetto indicativo deponente
- d) perfetto indicativo attivo

r.7 ferendam è:

- a) participio presente
- b) participio perfetto
- c) gerundio
- d) gerundivo

r.12 paucitate conspecta è:

- a) gerundio finale
- b) ablativo assoluto
- c) participio presente
- d) participio congiunto

r. 12 eos è:

- a) pronomo determinativo
- b) aggettivo determinativo
- c) aggettivo indefinito
- d) pronomo indefinito

5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito:

r. 1. inhibito suorum impetu

Cum Alexander _____

r. 2. cum hostis urgeret (trasforma in ablativo assoluto)

r. 2-3. gravesque armis et proelio ac fuga defatigati

et quia _____

r. 7. quod adhuc in acie stare credebat (trasforma ricorrendo ad una delle possibilità sintattiche del participio)

r.7. ad ferendam opem

ut _____

r.8. equites a Parmenione missi

equites qui _____

r.12. Macedonum paucitate conspecta
quod equites _____

r.12-13. dissimulato (....) periculo
cum rex _____

6. Inserisci le parole mancanti, declinandole adeguatamente, nel seguente brano, tratto dal prosieguo del brano precedente (solo per conseguire il livello A2):

Namque praefectum _____ avidum certaminis incaute in se *ruentem* hasta occidit. Quo ex equo lapso proximum ac dein plures _____ telo necavit. *Invaserunt turbatos* amici quoque. Tandem barbari, cum obscura luce tutior fuga videretur esse quam pugna, dispersis agminibus _____. Rex incolumes suos reduxit in castra. Ceciderunt Persarum, _____ numerum victores finire _____, milia XL, Macedonum minus quam CCC desiderati sunt. Ceterum hanc victoriam rex maiore ex parte virtuti quam fortunae suaे debuit: _____, non, ut antea, loco vicit. Nam et aciem peritissime instruxit et promptissime ipse pugnavit et magno consilio *iacturam sarcinarum* contempsit, cum in ipsa acie summae rei _____ esse discrimen, dubioque adhuc pugnae eventu pro victore rex se _____.

abeo, -is, abii, abitum, abire
animus, -i
equitatus, -us
gero, -is, gessi, gestum, ere

idem, eadem, idem
possum, potes, potui, posse
qui, quae, quod
video, -es, vidi, visum videre

Glossarium

<i>ruentem</i>	impetum facientem
<i>invaserunt turbatos</i>	impetum fecerunt in eos qui dispersi erant
<i>iacturam sarcinarum</i>	damnum rerum quas milites secum ferebant

SPECIMEN del livello A della Certificazione delle competenze della lingua latina 2018

USR Emilia Romagna-CUSL
SOLUZIONI E GRIGLIA DI VALUTAZIONE

1. SI PROPONE UNA PARAFRASI DEL BRANO: SI COMPLETI INSERENDO AL POSTO GIUSTO 8 PAROLE SCELTE FRA QUELLE ELENcate DOPO IL TESTO (si indichi il numero nello spazio bianco)

Alexander, cum milites sui impetum in hostes facere vellent, eos retinuit et ad Lycum flumen pervenit. Ibi multi hostes qui 9 pontem transibant, ab Alexandri militibus pressi, in flumen se praecipitaverunt et, magno timore capti et fuga fatigati, plerique 15 in fluctus, 16 submersi sunt. Cum Macedones fugam hostium impedire cuperent, Alexander eis dissuasit, dicens se iam diu 12 et noctem proximam esse. Rex enim timebat ne sui in laeva parte exercitus adhuc pugnarent; ideo putavit 13 auxilium ferre oportere. Postquam 11 converterat ut suis succurreret, Parmenionis equites illius quoque partis victoriam nuntiaverunt. Cum ad castra exercitum 2, rex in magnum periculum incidit. Nam subito in hostium agmen incurrit, quod itineri obstabat; hostes, ut regem cum paucis militibus viderunt (nam maxima pars Macedonum longe sequebatur) in eum impetum fecerunt. At rex periculum 5 eique fortuna subvenit.

- | | | | |
|--------------|-----------------|-------------------|----------------|
| 1. partium | 5. dissimulavit | 9. fugientes | 13. se |
| 2. reduceret | 6. captis | 10. secuti essent | 14. magnum |
| 3. illius | 7. ut | 11. signa | 15. ceciderunt |
| 4. ad | 8. contempto | 12. pugnavisse | 16. quibus |

2. F-V-V-F-V-V-F-V

3. A-B-B-A-C-B-B-D

4 C-B-A-B-C-D-B-A

5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito:

1. inhibito suorum impetu

Cum Alexander IMPETUM SUORUM INHIBUISSET _____

2. cum hostis urgeret (trasforma in ablativo assoluto)

URGENTE HOSTE _____

3. gravesque armis et proelio ac fuga defatigati

et quia GRAVES ARMIS ET PROELIO AC FUGA DEFATIGATI ERANT _____

4. quod adhuc in acie stare credebat (trasforma ricorrendo ad una delle possibilità sintattiche del participio)

ADHUC IN ACIE STARE CREDENS _____

5. ad ferendam opem

ut OPEM FERRET _____

6. equites a Parmenione missi

equites qui __A PARMENIONE MISSI SUNT/ERANT_____

7. Macedonum paucitate conspecta
quod equites __MACEDONUM PAUCITATEM CONSPEXERANT_____

8. dissimulato (.....) pericolo
cum rex __PERICULUM DISSIMULAVISSET_____

**6. Inserisci le parole mancanti, declinandole adeguatamente, nel seguente brano, tratto dal prosieguo del brano precedente:
(solo per conseguire il livello A2)**

Namque praefectum **EQUITATUS** avidum certaminis incautius in se ruentem hasta occidit. Quo ex equo lapsus proximum ac dein plures **EODEM** telo necavit. Invaserunt turbatos amici quoque. Tandem barbari, cum obscura luce tutior fuga videretur esse quam pugna, dispersis agminibus **ABIERUNT**. Rex incolumes suos reduxit in castra. Ceciderunt Persarum, **QUORUM** numerum victores finire **POTUERUNT**, milia XL, Macedonum minus quam CCC desiderati sunt. Ceterum hanc victoriam rex maiore ex parte virtuti quam fortunae sua debuit: **ANIMO**, non, ut antea, loco vicit. Nam et aciem peritissime instruxit et promptissime ipse pugnavit et magno consilio iacturam sarcinarum contempsit, cum in ipsa acie summae rei **VIDERET** esse discrimen, dubioque adhuc pugnae eventu pro victore rex se **GESSIT**.

VALUTAZIONE

LIVELLO A1

la prova per l'A1 comprende due gruppi di esercizi (1-2-3: comprensione; 4-5 morfosintassi); si ottiene la certificazione eseguendo in maniera corretta il **75%** di ciascun gruppo di esercizi; in termini di punteggio, occorre ottenere almeno **18** punti nella prima parte (esercizi 1-2-3= max 24 punti) e almeno **12** nella seconda parte (esercizi 4-5= max. 16 punti).

LIVELLO A2

Solo qualora si sia raggiunto il livello A1, si può ottenere il livello A2: la condizione è che, dopo aver raggiunto il **75%** in entrambe le aree sopra citate (18/24 e 12/16), si svolga l'esercizio **6** correttamente almeno al **75%**, ottenendo **6/8** punti.

